



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXVII. Markgraf Woldemar bestätigt dem Kloster Spandow eine demselben von Petzke von Lossow geschenkte Hebung an Heering aus dem Zolle zu Cüstrin, am 5. Dezember 1309.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XXVII. Markgraf Woldemar bestätigt dem Kloster Spandow eine demselben von  
Pegke von Loffow geschenkte Hebung an Heering aus dem Zolle zu Cüstrin,  
am 5. Dezember 1309.

In nomine sancte et individue trinitatis, Amen. Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesbergh Marchio tutorque illustris Johannis Marchionis Brandenburgensis, Omnibus presencium auditoris continenciam seu visuris noticiam subscriptorum. Cum teneamur ex debito religiosos quosque ad serviendum domino quatenus in nobis est promovere, notum facimus presentibus tam presentibus quam futuris, quod miles noster strenuus et honestus Pyzke de Loffow ecclesie Sanctimonialium in Spandow pure propter deum et ad salutem animarum sue videlicet et progenitorum suorum dedit et assignavit terciam partem vnius summe allecis, que vulgariter Last dicitur, in theoloneo Custryn annis singulis attollendam. Nos quoque cupientes dicte elemosine fieri paticipes, eiusdem Pyzkonis precibus inclinati, ad laudem eiusdem dei omnipotentis eiusque sancte genetricis et virginis marie, ad salutem quoque animarum nostre et progenitorum nostrorum ac successorum, proprietatem dicte tercie partis Last, eidem ecclesie dedimus et damus presentibus iusto proprietatis titulo perpetuo possidendam. In cujus rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes quoque huius sunt, nobiles viri Burchardus et Vlricus comites de Lyndow, Bernardus de plozk, Henningus de Blankenborch et henningus de Benz et plures alii fide dignis. Actum et datum Lieuenwolde anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. nono. Vigilia beati Nicolai Episcopi et confessoris.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

XXVIII. Der Domprobst Johann und das Capitel zu Brandenburg genehmigen die Bedingungen,  
unter denen das Kloster Spandow einen Vicar für die Pfarre zu Bornim anstellt,  
am 16. Mai 1314.

Nos Johannes, dei gracia Brandeburgensis Ecclesie Prepositus Totumque Capitulum eiusdem Recognoscimus, quemadmodum vidimus in litteris venerabilis patris domini nostri friderici Episcopi Ecclesie nostre predictae, protestari publice per presentes et ad omnium, quorum interest vel interesse poterit noticiam volumus pervenire, Quod nos ad presentationem dilectorum nobis in cristo Alberti prepositi, Gertrudis priorisse Totiusque conventus Sanctimonialium in Spandow ac de communi consensu ipsorum Johannem de Sarnow instituimus perpetuum vicarium in Ecclesia in villa Bornem, que ad mensam conventus predicti dinoscitur pertinere, assignato eidem, sicut iuris est, tantum de eiusdem Ecclesie proventibus, ut congruam habere valeat sustentacionem, procuraciones et Episcopalia iura persolvere et alia honora eidem Ecclesie incumbentia supportare, Nichilominus tamen conventui memorato duodecim talentis communis monete Brand. de predictis ecclesie in Bornem proventibus reservatis et annis singulis, quibus predictus dominus Johannes dictam possederit Ecclesiam in quatuor anni terminis persolvendis,